31.

Milano.

1274. 4. Octobr.

XIIII In nomine domini. Anno dominice Incarnacionis Millesimo ducentesimo Septuagesimo quarto. die Jouis quarto die
octubre Indictione tercia. Ego in dei nomine pbr zanebellus beneficialis ecclie sci georgii porte tic. sanus mente licet sim eger
corpore volens prouidere anime mee. Meum ordinamentum sedm infrascriptum modum facere et mea bona disponere pro remedio anime
mee pro ut continetur inferius per ordinem. Que omnia bona dico et protestor me aquisiuisse et lucratus fore meo exercicio. Infirmus statuo
et ordino quod capitulum fratrum predicatorum qui stant ad ecclesiam sci eustorgii Mediolani seu ipsi fratres predicatores de sco eustorgio habeat
omni anno imperpetuum illud modium frumenti quod habeo fictum omni anno in loco pagolo et illud fictum ipsius modij frumenti sibi dandi omni
anno ipsis fratribus Judico pro remedio et mercede anime mee et volo quod faciant de ipso frumento in die obitus mei tot habere
fratres et totum conuentum panem bonum [illegible] quatuordecim pro vino quoque et si aliquid ~~et s~~ remanserit de ipso modio
frumenti remaneat de illo residuo aliquid quod manducet in illo die quo hoc faciet quilibet sacerdos si poterit cantare missam pro
anima mea et quilibet frater si sciuerit cantare ut dicat quinquaginta miserere mei deus et si nesciuerit dicat quinquaginta pater
noster. Et exnunc post meum decessum donacionem facio de ipso ficto in manu fratris Girolsi pbri ipsius conuentus recipientis
nomine conuentus illorum fratrum. Item statuo et ordino et cetera. Quod meum ordinamentum volo quod valeat iure non
cupacionis et iure codicillorum et omni alio iure quo melius valere potest quia sic decreuit mea voluntas bona voluntas. Actum
ad lectum in quo jacebat dictus pbr zanebellus
Interfuerunt ibi testes zanebellus filius quondam gotij de campo et guillelmus filius rainerij de magzate et frater cphs filius quondam pagani
de ozano et andreas filius quondam bertolsi marcoaldi et ottobellus filius quondam petri ferrarij omnes ciues Mediolani

Ego gasparinus filius lafranchi selle de contrata sci uictoris ad putheum c. m. porte tic. notarius tradidi et ss.

XIIII Ego castelanus filius Roberti de cajate porte Cumane notarius scripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Marbio 13 (31)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1811830102-13/fragment/page=0001

5/ 1274. 4. Octob.

De Ferraris

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1811830102-13/fragment/page=0002